



⁴¹
AUXILIANTE DIVINO NUMINE

PHTHISIN,

Auctoritate & consensu

AMPLISSIMÆ AC CELEBERRIMÆ
FACULTATIS MEDICÆ IN IL-
lustri Academiâ Regiomontanâ

Pro

Receptione in Inclytam Eandem Facultatem
legitimè impetrandâ

DISPUTATIONE PVBLICA

Literatorum iudicio ponderandam
proponet

FRIDERICVS MÖLLERVS
Medicinæ Licentiatus.

Respondentis munere defungetur

GEORGIUS MARTINI
Numburgô-Misnicus.

In Auditorio Majori

Ad d. 13. Maij horis antemeridianis
Anni M. DC. XLIV.

REGIOMONTI
Typis JOHANNIS REUSNERI.

24

1644, 4

PLVRIMVM REVERENDO, MAGNI-
FICO, GENEROSO, STRENVO,
DOMINO

CONRADO A BVRG-
STORFF, SERENISS: ELECTORIS

Brandeb. supremo Camerario, intimo Regiminis & Rei
œconomice novæ Marchiæ Consiliario, Colonello, supremoq;
arcium in Electoratu & Marchiâ Brandenburgensi Commendanti, & Proto-
Capitano Custrini, Ordinis Johannitarum Equiti, & Commendatori in
Lagau, Goldbecæ & Manschnovij Domino Hæreditario: Do-
mino perobservandissimo.

NEc, quibus Natura non noverca sed Mater inclytum pectus
locupletavit, tuas Virtutes: nec, quibus præclarè defunctus tibi famâ
auctus es laudabili actu, expeditiones: nec, quâ & togâ & Sago illustris
arduum laudis adnixus es, prudentiam oratione exequi suppar, tacitâ mente
venerari, quam exiguæ scriptionis conatu deterere malo, ne impolitæ mihi
dentur. Quippè qui belli peritiâ & fortitudine Pericli, Hannibali; prudens
Ulyssi; justitiâ Aristidi; celeritate expeditionum Datami; in utrâq; For-
tunâ, eam ceu fluctum à Saxo frangendam ratus, Timoleonti Corinthio;
impetrandæ veniæ facilis Claudio; animi moderatione Trajano nisi præfe-
rendus, certè conferendus es. In quo, quid posset, prout in Alcibiade, Na-
tura videtur voluisse experiri. Meritò itaq; singulari Serenissimi Electoris
gratiâ in celsam dignitatis sedem, ad quam à pueris in magnos accincta mens
usus expectabatur, collocatus es. Confer, Magnifice Domine, novissima
primis, & quâ profecutus es Parentem meum, gratiæ consortem siste Filium,
qui imm-inēs in occasionem ejus renovandæ, & animi devoti motum confes-
surus Disputationem tuæ devovet tutelæ. Accipias illam serenâ fronte &
nullius incommodi objectu retardatus vivas, precor, Lumen Aulæ, Columna
Literatorum, felicissimè.

Magnif. V. Dominat:

*Devotâ Servitiorum promptitudine
addictissimus*

FRIDERICUS Møllerus
M. L.



Romethea fingunt Poëta, quod ignem cælo delatum Saryro quidem monstraverit, verum hâc lege, ne aut novitate rei, aut splendore seductus oscularetur, si modò vellet cavere barba & oris, ustorie facultatis ignarus. Facturus aliquid publici juris, etiam admonendus videbar, ne graviori alicui affectui manûs admoverem, consulturus auctoritati & existimationi Medicæ. Verum numerò mihi in mentem veniebat, quod Nautæ non sufficiat serenâ tempestate, & mari placido navim gubernasse, & portui commisisse integram, nisi Eolo irato, & fluctibus undiquaq; colluctantibus dignum sestiterit. Proin à nemine me reprehensum iri reor, si periculosissimo & curatu difficillimo affectui Philicæ operam locavero, eumq; disquisitioni submisero Medicæ.

II. Philicæ autem vocabulo intellectam nolo atrophiam totius à quacunq; causâ, prout in generali hac significatione Hippocratem intelligere morbum tabificum lib. de gland: s. 3. p. 273. cõjicit Mercur. l. 2. c. 4. p. 265. sic, ex lumbricis in trunco venæ Portæ commoratis inductam esse observatum: item ex obstructione venarum mesaraicarum & lactearum: ex tumore glandula in centro mesenterij: ex abscessu aliquo interno visceris: ex cartilagine ensiformi in rorsum flexâ infantibus &c. nec quæ scorbuticis familiaris esse consuevit, cujus causa dari potest ex Hippocrate, ubi l. 6. Epidem. Com. 4. aph. 23. ventrem calidum, carni-um frigidarum autorem incusat Caus noster. Confer aph. 8. sect. 2. nec loquor de foraminis uvæ tunice seu pupillæ angustia: nec de colliquatione totius consuetâ feбри ardenti conflitantibus: nec de cachexiâ, nec tabe renali, nec dorsali, nec de imminutâ oculi magnitudine, aut aliâ atrophîâ particulari, sed totali, & quidem in specie illatâ ab ulcere pulmonû. Latini vocât tabem. Germani die Schwindsucht/die Darre. Græci φθίνω, πίνω & φθίσω, Deducitur.

ducitur hoc à Phlogistone, quippè qui morbus corruptionis pulmonum & totius autor.

III. Descriptio ejus varia reddi potest, diversum quatenus includit respectum. Determinaturus Phlogiston morbum, seu intelligat similem, seu organicum seu solutæ unitatis, expedire se poterit negotio non ita difficili. Propositurus ut symptoma, sive actionis læsæ, sive mutatarum qualitarum, sive excretorum & retentorum, Medici erroris convinci non poterit. Licet, ut liberè, quod sentio, loquar, Phthisico magis arrideat auxilium absterrosorium, glutinans, quam à x^o Bolognæ ista cathedraria, quæ morbis summovendis vix tantum confert, quantum eloquentia, quæ nullum morbum curari Medicorum Cicero Celsus liquidis asserit verbis. Relaturus autem hoc malum inter Symptomata actionis læsæ, & Medico me accommodaturus foro descriptionem dabo sequentem.

IV. Est consumptio seu marcor omnium partium corporis dependens à febre lentâ, inductâ ab ulcere pulmonum. Febrim lentam hanc, si omninò determinanda, indigito putridam in principio morbi, continuam, quam in augmento & statu degenerare in hecticam nemo miretur: nec illud, quod huic superveniant erraticæ, horrificæ. I. Epid. c. 1. p. 940. quas Foësius in Not. semitertianas vocat: intermittentes, prout cacochymia in corpore variat, malignæ, comite delirio, ratione aëris, prout notatu dignum hoc legere licet in Hippocrate I. Epidem: Com. I. p. 941. §. 7. Dubium hinc non contemnendum movet Doctissimus Mercatus l. 2. com. 3. c. 9. p. 214 an differentia aliqua constituenda sit inter febrim hanc lentam & hecticam, quam licet ipse, sicut solet singularis iudicij Vir, doctè dirimit.

V. Causam hujus febris & maciei investiganti occurret ulcus; ulceris itaq; istius originem, necessarium est, ut enucleemus, quæ latere nequit illum, qui definitionem ejus ponderaverit, quod dicatur solutio continui cum magnitudine imminutâ in parte mol-

te molli à materiâ erodente. Applicaturus hæc ad speciale pul-
monum ulcus causam ejus proximam dispendendam reor in inter-
nam & externam: illam iterum considerandam tam ratione par-
tis affectæ, quàm objecti. Ratione partis incuso connatum pul-
monum vitium trahentium secum principium corruptionis con-
tractum in utero materno, prout Galenus scriptum reliquit 4. de
Loc. affect. c. ult. Nati isti hujus morbi prout hereditatis parti-
cipes quàm maximè absunt à nativitate, tam proximè sunt exi-
tium internum. Rectè de his Galen. I. de t. s. 16. p. 265. quos-
dam ab ipso ortu ad id improspere corporis statu offendi, ut ne, si
Æsculapium quidem ipsum ijs præfeceris, vel sexagesimum vide-
ant annum.

VI. Objectum ulceris causam deprehendo materiam, quæ
seu naturâ suâ aliquid acrimoniæ & erosionis, seu adficiendi habe-
at. Quomodo tota sanguinis massa causæ proximæ nomine ve-
nire potest. Galenus exprimit fieri vel propter cacochymiam,
vel propter putredinem. Hermetici à tartaro & sale exerente
vim virtute mixtionis prius occulta tam. V. Petreum l. I. Disser-
tat. Harm: XV. p. 285. non malè locuti asserunt. Hæc materia,
in ipso pulmonum parenchymate congesta sæpè vitium contrahit
adhuc in venis morata, quæ quando extra vasa prorupit, da-
mnū infert evidens: siquidem acris existens pituita (intellige i-
dem de alijs cacochymia speciebus) & in carnem erumpens, ve-
nas exulcerat & refringit: sanguis verò in alienum effusus lo-
cum morâ computrescens in pus vertitur, teste nostro Sene lib. de
Flat. s. 3. p. 299. pus vero in pulmone collectum exulcerat, Hipp.
l. de Loc. in hom: s. 4. p. 415.

VII. Notatu dignum autem arbitror in his Hippocratis
locis tempus, quod actioni huic sufficiat, requiri: cui jure quodam
subnecto pulmonum constitutionem, parem quidem humori alte-
rando, sed expurgando impari, cui ejiciendo si resistens suffece-
rit, res in vado est. Hinc (ne de Volusio Saturnino dicam, qui

Plinio observatore periodicâ hæmoptysi corripens fuit cum
ἐπιφορῆ) experientia nos edocet, plethoricos quosdam sine incom-
modo sanguinem cussi reieciſſe, metuendâ quidem, non vero subſe-
cutâ tabe. Imo obſervationes Medicæ teſtatum faciunt, qui-
busdam etiam gravidis plethoricis naturam proſpexiſſe ſputo ſan-
guinis, ne factu copiâ ejus obruto & ſuffocato, abortum pateren-
tur. Quem naturæ motum prudentiores Medici venæ ſectiōne
imitati multas feminas abortûs periculo eximunt. Quare non
ſemper, ſed cum demum ſanguinis ſputum malum pronuntiat Hip-
pocrates 7. aph. 15. cum ſuper venerit expectoratio puris.

VIII. Notant Auctores ratione objecti ſecundò quod pe-
ripneumoniâ ſolutâ, aut ſuppurato tuberculo aliquo, nec legitime
expurgato pulmone, per ~~metiſſionem~~ pure excedente pulmonum ſub-
ſtantiâ, ſequatur tabes. Nituntur fortè auctore Hippocra-
tis, qui lib. 1. de Morb. ſ. 5. p. 450. liquidis aſſerit verbis, ſup-
puratos ſ. empyicos fieri, pulmone corrupto & exulcerato, ſi pul-
monis inflammatione detentus diebus, qui talem decernere cre-
duntur, non purgetur, ſed ſputum & pituita in pulmone colliga-
tur. Poniſt autem idem terminum l. 2. prognost. text. 53. diem
vigefimum, 30. 40. ſe extendentem quandoq; ad ſexageſimum.
Addunt hæc quidam tertium caſum ratione objecti ſcil. variolis
intus erumpentibus factâ ſuppuratione materiâ non ritè abſter-
ſam poſt ſe ulcus relinquere.

IX Objectum cauſa proxima interna ratione affluxus du-
plici nomine, & motu, & ſubſtantiâ conſideranda 1. deorſum à
capite ruit Catarrhus, de quo loquitur Hippocr. l. de gland. ſ. 3. p.
273. & lib. de Morb. 3. p. 450. quod latenter deſluat inſitiò ut-
plurimum, tenuem excitans tuſſim, progreſſu deinde exaſperetur
pulmo & exulceretur. Confer aph. 38. ſ. 7. ubi deſtillationes in
ventrem ſuperiorem ad ſuppuratum pervenire contendit intra di-
es viginti. 2. ſurſum & à latere ſeu vicinis partibus, mediſtino,
pleurâ, diaphragmate repit materia, quæ vel naturalis eſt, vel
præter-

præternaturalis. Observationem tabis ex pleuritiide habet Val-
leriola Observ. 5. l. 5. Frequenter hoc accidit in empyemate, quod
nec senem nostrum latuit, prout videre est aph. 15. l. 5. Et hæc de
causâ proximâ internâ tam respectu partis affectæ, quàm objecti,
seu congesti, seu affluentis.

X. Causam φθίσεως proximam externam denominantes
secutus refero 1. leporem marinum, & si quæ alia peculiari ἀνα-
παιδεῖα dissident cum pulmone. Siquidem convictus testimonio
Medicorum doctrinâ & fide insignium, Rondele:io, experienci-
am tantorum virorum in dubium vocanti subscribere nequeo, do-
nec aliquis experienciâ edoctus contrarium probaverit. 2. Recen-
sent hic contagium, quod phthibicus halitus emittat ποσειδῶνος ἀπὸ τοῦ
ἐνός, & ἀπορροῖας, peculiariter parenchymati huic cordis ventilabro
infestas, prout in ἀφθαλμιά, & arthritide contingit. Proin sue
consulturus salutis periculum declinet, nec temerè ori appropin-
quet phthibici, ne vitæ dispendio pœnam luat, rectè monent au-
tores.

XI. In remotis causis internis inter animi pathemata ira
evidenter venit incusanda, mediocritatis transgressa terminos,
commovens sanguinem. Deinde consuetæ alicujus evacuationis
intermissio. Hinc spatium duorum mensium intercepta menstrua
mulieres in tabem conjicere notat Hippocr. l. 1. de Morb. Mu-
lier. p. 590. s. 5. idem hæmorrhoides diuturnæ suppressæ unâ o-
mnes, nullâ servatâ efficere aptæ sunt, ex Hippocrate 6. aph. 12.
Tertiò huic annuero venarum ἀνασφραγιστικῶν, διαλεγεστικῶν, διαπυρρῶν,
ἐπιζῶν, sanguine in alienum locum effuso putrescente. Hippocr. l. de
Flat. s. 3. p. 299.

XII. Inter causas remotas externas recenseo Primò Aë-
rem excedentem limites mediocritatis 1. in calido sanguinem ex-
asperante & calidiorem procreante; hinc æstas acerrimæ bilis pro-
creatrix huic malo symbolum conferre videtur; maximè cum
calidum humores attenuet, fundat, 2. in frigido condensante, con-
stringente.

strigente. Hinc tabes in hyemem quandoq; incidit. Hippocr. 3^o aph. 13. Quare manus ad morurum Medicas Methodus medendi hortatur, caveat sibi in affectibus pulmonum à frigidis adstringentibus. Ejusdem nos admonere videtur Hippocrates, 5. aph. 24. & Paulus l. 3. c. 31. Causam eruo ex Eodem Hippocrate 6. Epid. Com. 3. aph. 10. scil. valdè frigidis venas rumpi & tusses excitari: quod vel unica Brassavole, nedum aliæ aliorum eximiorum Medicorum, observatio convincit.

XIII. Videant hęc suæ quæ consulant conscientie, qui tabidis præservandis ab hæmoptysi non tantum propinant maximè frigida, sed & externè epithemata ex spermate ranarum &c. imponunt pectori, aliquot vicibus indies imbuendo linteo, ut ægri, glacies ac si pectori incumberet, affici se affirmant. Quo auxilio (si modo hoc nomen meretur) tantum abest, ut rupturæ venarum impediatur, ut potius promoveatur. Methodicorum crambe analogismus sic egregiè recoquitur, cujus fructum Themison olim decerpserat famam sempiternam, argumentando, profuit hoc in pede, Ergo proderit pectori. Tales, ipso Hippocrate viro arte & facundiam insigni, teste Celso in præfat. l. I. p. 10. doctiores, prout se jactitant, crederem, modo se tales non verbis solum, sed reipsa præstare possent. Qualis videri vis, talis esto.

XIV. Tertiò utrâq; qualitate calidâ & frigidâ cum alternet aer autumnalis, tabidos quod insigniter offendat, Hippocrati largiamur 3. aph. 10. & 22. & generationis & paroxysmi nomine. Illius quidem, quod acris humoris magnus sit eo tempore proventus: hujus, quod circa æquinotia & solstitia, periculi plena Hippocr. l. de Aer. Aq. Loc. s. 3. p. 288. mutationem morbi subeant, Id l. de Humor. s. 2. p. 50. inter quæ autumnus, tabidis maximè lethalis Hippocr. 2. prorrh. s. 2. p. 91. proportionem respondere dicitur vespere, id. 2. Epid. Com: 1. pag. 996. Quo posteriori nomine etiam ver malè audit, quod in Perintho plurimi

plurimi Vere tabe laborarint, Hippocr. 6. Epid. 7. aph. 10. & 11.
quod aliàs saluberrimum & minimè exitiale laudat, 3. aph. 9.

XV. Causa hæc facilius effectum dabunt, quo in aptiora
inciderint corpora. Apras tibi constitutiones designo calidas
siccas, latis venis, duris. 2. plethoricas. 3. homines $\delta\epsilon\upsilon\delta\iota\mu\alpha\varsigma$, ira-
cundos. 4. Catarrhis obnoxios. 5. Ratione vitæ generis E-
quites, siquidem equo succussatore vectus thoraci insensissimo uti-
tur exercitio, notante Oribasio, Med. Collect. l. 6. c. 24. p. 296.
calculum addit Aëtius tetr. 1. serm. 3. c. 7. pag. 117. Hinc
violenti exercitij, juxta alia istius ætatis errata, reos juvenes
aptos tibi connotat Hippocr. 3. aph. 29. quem aphorismum illu-
strat confirmans sect. 5. nonus. 6. in risum faciles vocem summo
clamore intendere soliti, siquidem illi facile rupturam venarum
passi, prout Valleriola observ. 2. l. 2. in Partitio Arelatensi vi-
dit, huic periculo exponuntur. Hinc ob conatum à partu fre-
quentes tabes vidit Hippocrates l. de Aër. aq. & loc. sect. 3.
pag. 282.

XVI. Dispositos accersit noster Couc $\phi\theta\iota\omega\delta\epsilon\iota\varsigma$ & $\pi\tau\epsilon\gamma\upsilon\omega\delta\epsilon\iota\varsigma$.
3. Epid. Com. 3. pag. 1090. quorum posteriorum conforma-
tio contracta fuit vel in utero, Parentibus tabe experib⁹, vel iis-
dem eandem Semine conferentibus. Morborum namq² origi-
nem sæpè in corporis nostri rudimentis latitare, & tabidos à tabi-
dis procreari autor est Hippocrates lib. de Sacr. Morb. sect. 3.
pag. 303. prout ex calvis calvos, ex macrocephalis macroceph-
los &c. Hippocr. l. de Aër. Aq. & Loc. sect. 3. p. 289. Diffe-
rentias tabis desiderans eruat, cui placuerit ex causis, subjecto &c.
Hippocrates lib. de intern. Affect. s. 5. p. 536. 537. tres facit :
quas ego non moratus propero ad signa.

XVII. Signa diagnostica desumenda reor ex 4. fonti-
bus. 1. à causis, quarum aliqua proximarum designatarum an-
tea progressa Medicum merito in suspicionem hujus mali addu-

B

cit.

cie. 2. Confirmat Eundem constitutio corporis, & aptitudo sub-
jecti, cui congener hic morbus dici queat. V. Hippocr. 2. aph. 34.
maximè si Avorum, Parentum, Sororum, fratrum &c. aliquis
illo correptus semina isti communicasse queat dici, quæ ceu bona
fortuna cernere potuit hereditate. 3. eruo ex morbo cordis simi-
liari, febris lentâ vix perceptibili. 4. ex Symptomatibus, & qui-
dem 1. actionis laesa cordis, pulsus mutatione, cōueniente huic fe-
bri lentæ. Deinde pulmonis, tussi diuturna, idem idem molesta. In-
terdum difficilis etiam adest respiratio. Petr. Nosol. Harm.
p. 279. 2. Excretorum &c. sputo rotundo diutius perseveran-
te, interdum striis sanguinis variegato, sine dolore ferè exeunte,
aut eo valde exiguo. Hinc Celsus l. 4. c. 7. hoc morbi genus plus
periculi quàm doloris habere dicit. 3. Mutatarum qualita-
rum, ex calore maxime thoracis, & genis rubore perfusis. Hippo-
cr. 2. progn. c. 60, extenuatione sensim subrepente, alimentis con-
suetâ quantitate assumtis nil proficiente agroz, nec robur soli-
tum percipiente.

XVIII. Hæc signa Medico singulari iudicio & cautio-
ne ponderanda veniunt, de acri salute sollicito, antequam ma-
gis in conspectum se dederint, cum confirmata & obitus curatio-
nem infelici aggrediatur eventu. In perfectâ autem febris ma-
nifestè se prodit pulsus, respiratio difficilior molestæ, tussis fre-
quentior, vehementior, sputum purulentum, facies est pallida, ut
de tabidis idem asseverare audeam, quod Stratonicus Citharædus
de Caria populis lionosis, scil. mortuos ibi ambulare inter vivos.
V. Bauh. theatr. anat. l. 1. c. 43. p. 536.

XIX. Quidam hic accuratè discernendum suadent pus à
pituitâ ad consistentiam puri non absimilem deductâ, maximè in
invenibus, quorum calor suppar adhuc objecto ita disponendo.
Puris notas exprimi volunt 1. quod injectum carbonibus facti-
dum oleat. 2. aquæ tepidæ immissum versus fundum vergat. 3.
agita-

agitatum facili negotio dissolvatur. Contrarium deprehendi dicunt in pituitâ illâ ex Catarrho. Rejicientis hanc explorationem Aretæi lib. I. de sign. & caus. morb. diurn. c. 8. Sententiam amplector de phthisi jam auctâ fortè locuti, quod etiam ratio ejus tantum obtinet, non verò de incipiente, quæ cognoscenda etiam Medicis quandoq; imponit, & negotium facessit, nedum ut imperitum vulgus integrum de illâ ferre queat judicium. In pituitoso isto spuro annotandum notat Capivaccius pract. l. 2. de Affect. Med. ventr. c. 7. p. 543. ægros non continenter emaciarî, sed regenerari aliquo modo carnem.

XX. Prognosin formaturo mihi tabidis gratam, & eventûs sabutaris, dicam impinget grandem vulgus, persuasum jam habens, ut frustra medicas adhiberi manus. Quod etiam quosdam Medicos patronos invenit. Nec diffiteri possum, vulgo quando jam innotescit tabes, quod ferè invaluerit, & tunc, si omnino aliqua, exigua sanandi spes super sit. Pugna sanè indicationum, ruffis, & medicamentorum, antequam parti affectæ communicentur, alteratio difficilissimam reddunt curationem. Egri tamen à Medico Christiano deserendi non sunt, etiam in hoc statu, siquidem tot fide dignorum Medicorum de curatâ tabe observationes in dubium ut vocarem, religio mihi foret. Etiam si insuper integræ sanitati vix restituendus videatur æger, prorogare tamen terminum studeamus, cum ad septem & novem annos hunc morbum durare observaverit Hippocrates l. 2. de Morb. l. 5. pag. 478.

XXI. Periculosiorem vitæ aleam subeunt rabi expositi à fluxu ferè incompefcibili seu menstruorum sursum ruentium, seu deorsum tendentis catarrhi. De priori spem aliquam concipiendam vult Hippocrates 2. prorrh. s. 2. p. 91. accedentibus signis laudabilibus, & mensibus luculenter apparentibus; alioqui nullam; prout de Viris, hæmorrhoides si sequantur. Hippocr.

Coac. prænol. aph. 437. Statim autem in principio singularis
adhibenda diligentia Medica, ne erosione profundâ factâ spes
convalescendâ cadat. Condiciones quas in sanandis tabidis re-
quirat Hippocrates, legi possunt l. 2. prorrh. p. 91. quarum plu-
rium presentia majori lætat agros spe, defectus omnium omni
privat. Tabidum, cujus spatium gravem redolet nidorem, cum
defluvio capillorum, morbo victum judicat Hippocrates Coac.
prænol. aph. 434. pure aquæ marinæ injecto fundum petente.
jb, aph. 435. Exitio vicini existunt, quos sic affectos prehen-
dit alvi profluvium, aph. 436. concurrente facie Hippocraticâ,
de qua agit Hippocrates l. 2. prognost. aduncis unguibus, hinc
ἰνείωρα dicitur hic affectus. V. Holler. Com. 3. aph. 8. & Foësum
in Not. ad Hippocr. p. 996. Fusè de tæbe tractat Hippocrates l. 2.
de Morb. s. 5. pag. 477.

XXII. Curationem, quam tradit Hippocrates lib. de
Loc. in hom. s. 4. p. 416. omninò tentandam indicationes mon-
strabunt. Primum imminuta magnitudo partium extenuata-
rum augmentum indicat expediendum ἀναδέξαι juxta Galen.
art. Med. c. 97. Febrilis calor, frigida, & quatenus adiun-
ctam habet siccitatem, humida. Ulcus quatenus est magnitudo
imminuta, amissi restorationem & quidem γένεσιν postulat: qua-
tenus solutio continui, unionem: quatenus ἀ causâ dependet, re-
motionem. Quarum indicationum unisatisfactorius, alteri sæ-
pè delinquit Medicus. Quare ejus interest, dignitate prævalen-
ti attendat, & ordini, quem in complicatis his affectibus se-
quatur.

XXIII. Exordium autem ducendum arbitror à fonte
hujus, quicquid est mali, sine cujus emendatione reliquorum cu-
rationem frustra speres, scil. ab ulcere pulmonum. Ratione cau-
sæ antecedentis cacochymie quibusdam placet purgantia propi-
nare, & quidem valida, ut doctissimo Capivaccio Prax. l. 2. c. 7. p.

544. Verum mihi sufficiant lenitiva jus ex prunis dulc. manna &c. & quæ adstrictionis vestigium in visceribus relinquunt, Crem. tart. rhabarb. myrobal. Syr. ros. sine Scammonio. Suffecer eadem Practico felicissimo Valleriolæ, observ. 6. l. 3. p. 150. Clysteres infundantur ex herb. emoll. decoct. & ol. violar. furfur. mell. ros. Elect. diacath. diaphæn. &c. Vomitus concitari nolo, deterritus aph. 8. s. 4. Hippocratis: cujus auctoritatem ex lib. 2. de Morb. s. 5. p. 477. alij malè sibi patrocinari autu- mant.

XXIV. Venam respectu phthiseos secandam esse, nul- lam rationem video sufficientem, quicquid alij inferant, quâ se- ctâ, quin vires nutantes corruant penitus accisæ, nullus dubito. Frustrâ huc trahitur ex Hippocr. l. 5. Epid. 6. exemplum agro- ti in Oeniadis decumbentis p. 1142. Frustra cogitant auctores de- vene sectione viribus exhaustis, laborem labore curaturi, nisi qui magno miseros tabidos mactare nituntur malo. Catarrho causæ urgenti revulsione succurrendum suadeo iis medicamentis, quæ in curatione catarrhi consueta sunt. Fonticuli & cucurbitulæ, frictions hîc magnum præstant commodum oportune adhibita. Capiti imponit Jasculos Valler. observ. 3. l. 2. p. 75.

XXV. Ulcus carne implendum sarcotico indiget medi- camento, quod operatricis naturæ remoram summoveat, & spu- rum promoveat. v. gr. hydromel Syr. de liquir. jujub. byss. de- farf. è Symph. cum melle rosat. decoct. pect. aq. Scabios. capill. Vener. fab. cum ficub. dactyl. viol. sem. frig. sero lactis. aristol. hord. cereb. cons. ros. rec. Mirum quantum hîc commendat flor. papav. Valler. obs. 5. l. 5. p. 216. Ubi satis ulcus abstersum, gluti- nancia in usum trahantur. bol. arm. terr. sigil. lap. hemat. Syr. & pulv. consol. torment. Magist. Corall. perl. ol. hyper. sulph. flor. & bals. sulph. maximè anilai. Habetur in Prax. Chym. Hart- manni p. 564 peculiaris præpar. sulph. pro phthiseis. Addo looch de pulm. vulp. sani & exp. cum. C. C. trochisc. de Carab. succ.

cydon. Quibus habito febris respectu sem. frig pass. Corinth. aq. bor. bugl. admisceantur. Vix eloqui valeo, quibus prosequantur laudibus autores conseru. ros. antiq. Petrus, Joël, Valler. Garin. & alij magnâ quantitate sumtam, quam nec improbo: subnecto decoct: lign. Guaiac. & rad. Chin. nisi hectica prohibuerit.

XXVI. Non uni scopo suppar est lac, imprimis si capre herbis convenientibus nutriantur. Valler. cit. l. commendat asinum cum pauco mell. velsach. exceptum, admixtâ bolo armenâ. Substicuo cum Hippocr. l. de Affect. intern. s. 5. p. 537. bubulum cum tertia parte mulsæ. Cujus coagulationem præpediunt sacch. & mel. Cavendum monet Petrus l. 1. Dissert. Harm. 15. quest. 4. p. 293. ne lacti vinum superbibas. Garin. Prax. c. 29. p. 118. extinguit in lacte chalybem. Ulceris exiccationi promovenda inseruiunt suffimigia ex thure, mastich. myrrh. lign. aloes. ros. sicc. tabac. sulph. & alijs odoratis siccantibus. Tandem ulcere consolidato cicatrix inducenda. Pectori possunt etiam cataplasmata applicari ex alch. malv. sem. lin. fœnuigr: ping: Capon. cereb. ol. butyro, & alijs pro necessitate & morbi tempore.

XXVII. Quidam, nescio quâ opinione suffarcinati nil nisi horrenda secreta, & si Diis placet, panaceas crepando, quibus indicationes, Principum Medicorum placita & medicamenta sordent, juxta alios spir: largâ porrigunt manûs spir. Vitrioli & antimon: diaphor. tabidis. Verum quisnam exeremis, quod dicitur digitis attingens medicinam non videt acrimonia vitio excitatum malum acrioribus magis exasperatum augeri, & ruffim lacerandis pulmonibus aptam concitari? Quis inficias ibit diaphoreticis nullum dari locum, ubi adstrictione vasorum opus est? Inveniunt tamen Thrasones isti opinionis suæ Patronos, qui vel laudant processum, eò quod ægroti celeri ad Tartarum motu præcipitati non diu medicamentis torqueantur. Quorum infelicitatis me penitet, quod in hoc casu bis peccare nequeant, prout de bello loquitur

loquitur Lamachus. Enormis etiam committitur error opiatis, quæ sputum præpediunt evacuandum, quo suppresso suffocatio sequatur necesse est, ex decreto Hippocratis 7. aph. 16. Cicatrice inductâ extenuationem corporis emendaturis usu balnei tepidi consentio, cui non diu immorandum. Quo facto inungatur corpus mucil. sem. psyll. cydon ol. viol. lacte mulieb. butyro rec. &c. adde parum camphoræ. Interim cibis boni succi refectio studemus.

XXIX. Dietam accuratam tabidi sibi commendatam habeant, certi, quod & ipsis monitum reliquerit Hippocrates, quando lib, de Vet. Med. p. 63. dietam sanorum agris damnosorem reprehendit, quàm sit ea, quæ ferarum est, & aliorum animalium ipsis hominibus sanis. Imo victus rationem in hoc morbo utramq; ferè paginam facere testatur Petrus cit. l. p. 291. Aër siccitate polleat, temperatus calore; quâ destitutus aeris beneficio acquirat, quo attractus inspiratione pulmone exiccando conferat. Joël l. 3. prax. J. 1. p. 46. tribus vitam diutissimè conservari statuit, mutatione aëris, usu lactis caprilli & conservæ rosarum. Quâ de causâ peregrinationes laudat Aretæus l. 1. de cur. morb. diurn. c. 8. in Ægyptum, Mercurial. l. 2. c. 4. p. 270. ad montem Tabias ex Gal. 5. Meth. m. Petrus Nosol. l. 1. Diss. 15. p. 294. Quo auxilio, quod hic loci frustra commendari autumo, utatur cujus statui, conditioni vitæ, sumptibus convenit, qui reditum sibi pollicitus viribus suis confidit, illas interea non accisum iri.

XXX. Cibi præbeantur faciles coctu, boni succi, potenter nutrientes, difficiles corruptu, penetrabilis substantiæ, frigiditatis, absterforia virtutis participes, consolidantes, ter vel quater de die, non unâ vice, ne in coctione primâ à ventriculo relidum vitium cruditates accumularet. Quas facultates cum alimentum simplex vix ac ne vix quidem agnoscat medicamento-sum, plura mixta scopo satisfaciant v. gr. brodia ping. & restaurativa

rativa artificialiter facta cum pulpis caponū, phasianorum, per-
dicum, cum amygd liquir: sem: frig. bolo arm. Possunt etiam cum
Sach. morsuli preparari, qui multum valeant in restauratione.
Gatinar. Prax. cap. 29. p. 118. Qui etiam approbat caneros,
cochleas, tam propter lentum succum, quàm colorem carneum,
Petraeus cit. lib. pag. 294. propter signaturam pectoris. Suc-
cum earum non rejicio; modo ventriculus coctioni suppar fuerit.
Addo his ptisan. bord. lac amygdal. ova sorbilia. carnes gallin.
vicul. hædor. succ. cydon. oryzam, uvas passas &c. Potus sit aq.
hordei, cum liquir: infus. Vinum cum Mercur. cit. lib. p 270.
indulgeo tenue, cum aq. borrag. bugl. Chalyb. sacch. item adstrin-
gens cum mulsâ, quantum febrilis calor permiserit. Alvus quo-
tidie respondeat nature. Vigiliæ immoderate, tristitia, mæror
exulent. Iræ nullus concedatur locus. Vitentur clamores, &
altâ deductus voce sermo, à quo sibi quantum fieri potest, tempe-
ret æger, submissè eundem proferens. Tantum de hoc morbo.

Deo sit Laus, & gloria sempiterna!

COROLLARIA.

1. An parenchyma pulmonum deperditum arte Me-
dicâ restitui possit? Qui non solum amissæ partis,
sed integri lobi restitutionem sibi arrogant, quam-
primum præstiterint, miracula Medica dum hõc
modo edunt, Æsculapio majores deprædicabo.
Interim cum Petræo Nego posse fieri contra istos
Agyrtas, qui ut magnis promissis fraudulenter e-
mungant miseros ægros pecuniâ, quâ artis igno-
rantia prohibentur, mendaciis & cõtemtu Dogma-
ticorum Medicorū famam sibi aucupari conantur.
2. An nulla primarum qualitatum ratio in medicamen-
tis habenda? N.

Königsberg. Diss., 1610/70

ULB Halle 3
004 398 270



f
Sb.

VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

24

1644, 4

VINO NUMINE

ISIN,

r consensu

CELEBERRIMÆ

EDICÆ IN IL-

egiomontanâ

Eandem Facultatem

petrandâ

E PVBLICA

o ponderandam

et

MÖLLERVS

centiatus.

re defungetur

MARTINI

Misnicus.

o Majori

antemeridianis

. XLIV.

ONTI

REUSNERI.